



**Miracvla Quæ Ad Invocationem Beatiss. Virginis Mariae,  
Apvd Tvngros, Camberones, Et Servios In Hannonia; ac  
Dominam Gaudiorum in Picardia vulgò Nostre Dame de  
Liesse dictam effulsere**

**Caoult, Walrand**

**Coloniae Agrippinae, 1607**

Puerulus ab aquis suffocatus vitæ restituitur, vbi mater eum Beatæ virgini  
commendauit, & puerum cereum promisit.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-59700](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-59700)

**M**Y LIER QV AEDAM PARALYSI  
laborans & per annum clinica, voto facto, ad B.  
virginem conuersa, subito perfecte  
sanitati est restituta.

CAPVT VIII.

**P**eruigilio Sanctorum omnium mulier I.  
prensis, cum longa & tædiosa paralyssi  
colluctata, continenterque per anni spatium  
clinica, feruentissimas ad Dei matrem preces  
profudit, vouens, si sanitatem reciperet, se-  
missuram ceream, qui magnitudine suæ sta-  
tura responderet. Sine mora sensit mali le-  
uationem, surrexit, & mensæ sub vesperum  
accubuit, inde totam noctem, diemque sequen-  
tem dormiuit, sicque penitus sanata, sanctissi-  
mæ Virgini ceream imaginem ducentarum  
quadraginta duarum librarum obtulit.

**P**VERVLVS AB AQVIS SVFFO-  
catus vitæ restituitur, vbi mater eum B. virgi-  
ni commendauit, & puerum cere-  
am promisit.

CAP. IX.

**I**nfaas mulieris cuiusdam Fullonensis in  
aquis præaltæ fossæ submersus, ibi tam-  
diu fuit, dum suffocatus, supernataret.  
Quem mater, mox vt beatæ Virgini com-  
menda-

D 4

menda-

mendavit, promittens puerum cereum, *statim*  
 reuixit, publiceque beate Virgini, pro  
 ximio fauore sibi exhibito, gratias actas  
 Camberonam venit.

*CVIUSDAM MULIERIS INFIR-  
 mulus grauiter calculo laborans, confestim  
 morbo mirabiliter liberatur, ubi mater  
 lium B. Virginis deuotum  
 peregrinum.*

## CAPVT X.

**C**uiusdam mulieris ex Thori curia  
 tam grauiter calculo angebatur, *ut*  
 nocteque à clamoribus non quiesceret,  
 vt mater eum vouit peregrinum, duos  
 los eiecit, qui ad conspectum sacre *imagi-*  
 allari sunt: matre interim mirum in *modo*  
 de filio sano & incolumi, gaudente,

*PVELLA MORBO INCOGNITO  
 afflicta, simul atque ex voto prostrata est  
 imagine B. Mariæ, ab infirmitate  
 mirè euasit libera.*

## CAP. XI.

**Q**VAEDAM iuuenula Fullonensis  
 morbum & languorem quasi *longum*